Pateat universis. Quod ego Gaucelinus de Sancto Amancio prior Monasterii Sancti Michaelis de Fayo, per me et meos successores in dicto monasterio, laudo
approbo ratifico et confirmo et ad aliud agrarium redigo vobis Bernardo Ferrarii de parrochia Sancti Petri de Bigiis et vestris, et cui sive quibus volueritis
perpetuo vos et vestri consimilibus et tenentibus. Quandam peciam terre vinee quam vos tenetis et possidetis et tenere et possidere consuevistis in parrochia Sancte Eulalie
de Roçana, ad locum qui dicitur al Flix, et pro me et sub dominio et alodio meo nomine dicti monasterii tenetis ad agrarium certe partis fideliter de omnibus
fructibus ex dicta pecia terre exeuntibus. Sicut terminatur dicta pecia terre ab oriente in strata que ibi est, a meridie in honore den Borros, ab occidente
in honore [illegible] Ponç, circio in honore den Garrosa. Sic eandem igitur peciam terre cum introitibus exitibus et universis iuribus et pertinenciis suis
habeatis teneatis et possideatis vos et vestri et quos volueritis perpetuo in pace. Sub tali scilicet pacto forma et condicione quod de omnibus fructi-
bus vinee quos Deus dederit in dicta pecia terre tribuatis et prestetis vos et vestri michi et meis successoribus in dicto monasterio
decimam partem fideliter. Cesset vero vobis et vestris perpetuo dictum agrarium quinte partis de omnibus fructibus vinee. De aliis vero ex-
pletis panis vel aliorum fructuum ex ipsa pecia terre exeuntium excepto fructu vinee teneamini vos et vestri dare et prestare dicto monas-
terio [illegible] quarta parte quam nunc prestare tenemini. In hiis autem non eligatis neque peracquiratis vos seu vestri alium dominum sed
dominos nisi tamen me et successores meos in dicto monasterio. Liceat vobis et vestris post dies triginta postquam per me et meos suc-
cessores in dicto monasterio [illegible] fuerint vos seu vestri predicta que vobis laudo approbo ratifico et confirmo et ad ex-
agrarium redigo vendere stabilire impignorare et aliter alienare vestris [illegible] consimilibus et tenentibus, salvo tamen semper [illegible]
dictis agrariis per modum predictum prestandis iure dominii et fatica triginta dierum mei et successorum meorum in
ipso monasterio. Pro ista vero gracia recepi a vobis et confiteor me a vobis habuisse et recepisse [illegible]
[illegible] solidos monete Barchinone de terno. Super quibus renuncio omni exceptioni pecunie non numerate
et non recepte et doli. Insuper convenio et promitto vobis quod predictam laudacionem et alia supradicta semper
habebo rata grata et firma et contra ipsa non veniam aliqua racione. Sub obligacione bonorum meorum. Actum est hoc apud
Mansum de Plano, quintadecimo die januarii anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo.
Sig+num Gaucelini de Sancto Amancio prioris predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Guillelmus [illegible] Verdera et Petrus Leronis.

Sig+num [illegible] [illegible] notarii publici [illegible] per totam terram et dominacionem [illegible]

[illegible]

Gaucelí de Sant Amanç, prior de Sant Miquel del Fai, estableix a Bernat Ferrer una peça de [...], 15/1/1357, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers

Nº 125

nouo stablio que fa lo prior de st
Miquel del fay ferrer 59

Gaucelí de Sant Amanç, prior de Sant Miquel del Fai, estableix a Bernat Ferrer una peça de [...], 15/1/1357, p. 2
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers